Nihilominus ut recognoscit Nobilis Stefanus Jasienicki dat et concedit praefato Generoso Joan Popiel et ipsi successoribus plenariam facultatem et absolutam potestatem inscriptionem praeterea debitorem ex his actis Castrensibus autentice depromptam ad acta Terrae Premisliensis quandocunque voluerit transferendi et transportandi quae transportata tanti valebit ac si per ipsum recognitum transportaretur. Pro quo quidem vadio ac pro summa ipsa principali non solutis citatus expressus memoratus recognoscit Nobilis Stefanus Jasienicki sive ipsi successores litati existentes ad instantiam supradicti Generosi Joan Popiel vel ipsius successorum ad officium praedictum Castrensem Capitalem Premisliensem extunc recessu supradicto pro mediante quoad respondendum et inscriptionem praedictam in toto satisfaciendo incorporandi in primo citatione tenore tanquam peremptorio sine iure iurare mittere. Pro vadioque praefato ac pro summa ipsa principali satisfacere debebit et tenebitur seque ac posteros suos obligat eumque primum peremptorium terminum et alios omnes consequentes eiusque causae tenores semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successionis legionis intra vel extra Regnum semitio militari ac ad munimen vel aliis quibuscumque legalibus impedimentis et dilationibus non differendi ad quietem ultra praesentes tenores officii praedicti Castrensis Capitalis Premisliensis dilationem sibi non recipiendi nullisque monitis ac eam prosequentes faciendi tum praemissa omnia pro suis simplicibus vel triplicatis evasionibus fatalibus iuris praescriptione tenore bello conventio neque et aliis quibuscumque iuris remediis et defensionibus non subterfugiendi fac sua praedicta inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Jaszowski Adiutalitatem suam Cassat

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti Castrensi Capitali Premisliensi Generosus Adamus Jaszowski olim Generosi Alberti Jaszowski Palatinatus Lublinensis filius sanus mente et corpore existens a tenore actionibus iuribus iurisdictionibus suis quibuscumque propositis et competentibus recedendi: Se vero cum suis ac bonis suis omnibus iurisdictioni officii praedicti Castrensis Capitalis Premisliensis quoad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporandi et subiciendi praedicta libere ac per expressum recognoscit. Eius ipse inscriptionem Terrae Premisliensis qua Generosa Eva de Sligocin primam olim Generosi Alberti Jelitowski ad ipsius vero secundam nuptiarum consors sua legitima sibi recognoscenti omnium

generalium bonorum suorum haereditatum et obligationum mobilium et immobilium summarumque pecuniarum auri argenti peciorum pecuniae equiseae gemmarum unionum vestium ornamentorum ac prius supplicationis domesticae adiutalitatem et consumptionem ad extrema vitae sui recognitae tempora contulit et inscripsit prout eadem inscriptio mutuo per se recognitam et coniugem suam facta talius obloquitur cassat et eorum iure suo adiutalitatis in personam eiusdem consortis suae et eius successorum abscedit perpetuo ab eaque bona eiusdem consortis suae generalia omnia mobilia et immobilia exonerat et eliberat a nunc tenore hac sua praedicta inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Jaszowska Jaminskiemu Submittit

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti Castrensi Capitali Premisliensi Generosa Eva de Sligocin primam olim Generosi Alberti Jelitowski ad ipsius vero secundam nuptiarum Generosi Adami Jaszowski consors generalis cum eiusdem mariti sui pro tutoris coniugalis assistentis et vel pro eo ad infrascriptum recognoscendum consensu sana mente et corpore existens a tenore actionibus iuribus iurisdictionibus suis quibuscumque propositis et competentibus recedendi: Se vero cum suis ac bonis suis omnibus iurisdictioni officii praedicti Castrensis Capitalis Premisliensis quoad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporandi et subiciendi praedicta libere ac per expressum recognoscit. Eius ipse se ac suos successores iuri et super bonis suis generalibus omnibus ac summis pecuniis habitis et habendis Generoso Stephano Jaminski Vicesgerentis officii praedicti Castrensis Premisliensis eiusque posteris inscribit et obligat praesentem Generosum Stanislaum Jelitowski filium olim praedicti Generosi Alberti Jelitowski de praedicto Calisiensi secum recognoscentem procreatum vel in eventu mortis successores eius ad faciendum per ipsum vel eius successores de omni et integro iure illius vero de inscriptione Castrensi Lublinensi et per transportationem iudicii ordinarii generalis Tribunalis Regni Lublini per praedictum Generosum Adamum Jaszowski maritum suum praefato Generoso Stanislao Jelitowski filio suo super summam Trium Millium florenorum polonicorum simplicis debiti facti et recognitae ac de summa ipsa praefata Trium Millium florenorum polonicorum in forma iuris solita sufficientia in personam eiusdem Generosi Stephani Jaminski eiusque successorum cessionem ad acta quaevis autentica Regni vim perpetuitatis in se habentia ante decursum unius

anni